

gentes res
gestas littera-
ris mandan-
bant.
Diodor.
Siculus Bi-
blioth.
610. I.

Cicerone
Orat.

Vopiscus in
vita Ta-
citi.

Macrobius
3. Satur.

librorum monumentis Sacerdotes à priscis illis temporibus scripta posteris reliquerunt, cuiuslibet Regis magnitudinem, naturam, mores, etatem, gesta scriptis mandantes. Et iterum libro 2. Prætermis, inquit, quæ Herodotus, & alij voluptatis gratia fingentes tradunt, Sacerdotum à nobis diligenter lcrutatos libros sequemur. Romanos idem fecisse Tullius author est de orat. Nam Pontifex Maximus, inquit, res omnes singulorum annorum mandabat literis, efferebatque in album, & proponeret tabulam domini, potestas ut esset populo cognoscendi. Flavius Vopiscus initio vita Taciti Imper. docet, nouello adhuc Romanae Urbis Imperio, scribendæ historiæ potestatem penes Pontifices B fuisse. Macrobius libro 3, Saturnal, eius consuetudinis originem inde videtur à Phrygibus repetit, dum explicat illud Virgilij Aeneid. 2.

Et rater annales nostri non audire laborum.

Pontificibus enim, inquit, permisæ est potestas memoriam rerum gestarum in tabulis conferendi, & hos annales appellant, & quidem maximos, quasi à Pontificibus maximis factos. Inde ergo Virgilius Aeneam Pontificem ostendit, cum ex eiusdem persona Troia laborum annales referre statuit. Ergo etiam is mos apud gentes obtinuit: præcipue tamen apud Hebreos, quorum semper summa cura fuit, rerum gestarum memoriam integrâ fide posteritati tradere.

Nunc de fide historiæ, atque autoritate, quam habere debet, superfluum videtur attenere. Neque enim author publica fide duntaxat, quām Metasthenes Persa libro de iudicio temporum à Chronographis exigit: verum etiam diuinæ nititur. Erat etiam Sacerdos quod idem requirit, si Sacerdotis nomen, pro quolibet Leuiticæ tribus homine, paulo licentius usurpemus. Nec aliena scriptit, aut exterrmarum gentium, sed domestica, & quorum pars magna fuit, quod in primis Myrsilo Lesbo placet: nec auditu percepta, aut probabili conjectura disposita temeriter affuerit: sed à scipio gesta, aut certè oculis subiecta, qua ignorare non potuit. Porut vero etiam Philoni Biblico, & Metastheni satisfacti, qui nihil admittunt, nisi quod in ratione temporum, cum annualibus Monarchiarum, ac præcipue Berofo consentit: nam & ordo rerum, & series temporum, qua hoc libro digeruntur, si conferantur, optimè cum Assyriorum Chro-nologia conuenient. Scriptit autem & Princeps, ne per vim, aut metum aliquid dissimulasse putetur: aut vilis adulator in gratiam cuiusquam, cuius ipse fauorem ambiret, mentiri voluisse. Sed neque postrem quicquam obiucere potest, dum suæ famæ consulit, non nihil veritati detra-xisse: nam quis eum putet, qui ne filii quidem nō pepercit, sibi indulgere potuisse? Si quidem eorum quos indices præfecerat, idemque dedecou-nates versi, & rapinas, & corruptelam, ac deum etiam abdicationem proprio stylo notauit. Denique diuino afflatus numine historiam scriptit, nec istic pro more villam in partem fides humana vacillat, sed diuina autoritate firmatur. De pro-

Fides huīus
historiæ ab
autore
commenda-
tur.

Propriis filiis
nō pepercit,
aut his-
ser-
vares veri-
tatem.

Flavius Vo-
piscus in
Aureliano, neminem scriptorum, quantum ad historiam

A pertinet non aliud esse mentitum: quinetiam prodidit in quo Liuus, in quo Sallustius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus manifestis testibus conuincerentur. Sed in Samuëlem nulla cadit talis suspicio. non enim humano consilio & ingenio fretus, se ad scribendum appulit, sed dictante Spiritu sancto; cuius in hoc opere numerus & instantium semper Ecclesia suo iudicio comprobauit. Ad extremum, notauit Sextus Senensis bibliotheca Sextus Se-
fanæ libro primo, librum hunc primum Re-
nensis, gum habere versus septingentos nonaginta
septem, secundum autem versus sexcentos se-
ptuaginta nouem, utrumque vero complecti hi-
storiarum annorum ferme centum viginti.

Alind Proæmium Petri Vermily.

DOCTIRE expositores tam Græci, quam Arabes, cùm librum aliquem aufpicantur, explicare prius consueuerunt aliqua, paucisque praefari, ex quibus totius libri summa facilius & melius intelligatur, quam ad ipsam commentationem quam instituunt, exequendam accedunt. Et Aueroës quidem, necnon ante il-
Quinque
consideran-
dum in
huius expo-
sitione.
lum Themistius multa sibi capita proposue-
runt, de quibus in expositionis proæmio lu-
culentier dicerent. Ego vero quinque mihi ex-
cutienda sumam, quibus recte cognitis, non ambi-
givo, vniuersum hoc negotium maiori cum
fructu posse tractari. Primum itaque dicam de
scopo seu fine horum librorum. postea de illo-
rum multiplici viu, atque commoditate: tum
de via, ratione ac forma dicendi, præterea de or-
dine rerum gestarum. postrem de inscriptione
ac nomine librorum.

Et quod ad finem seu consilium, quod Spi-
ritus sanctus in his libris sequutus est, artinet, Finis seu
scopus horum
librorum.
multa dicenda se offerunt. Primum enim diui-
nitus prouisum est, vt hinc mutationem reipub.
viciſſitudinem varietatemque administrationis
populi Dei cognoscamus. Etenim ante hoc
tempus respœblica Iudeorū ab optimatis Ab optimis
regebatur. Nam Iethro cùm animaduerteret, tibus pri-
Mosen in deserto solū omnia populi negotia
gubernare, ne immenso labore succumberet,
mū respub.
lrealitaria
administra-
tæst.
illi fuit author, cuius etiam Deus consilium
probavit, vt sibi deligeret septuaginta viros sa-
pientes, Dei timentes, forti animo præditos,
& alienos ab avaritia, quibus curam & admini-
strationem reipub. committeret. Quod si ma-
gnæ deliberationis & grauius controversiae quip-
pian incideret, id totum ad ipsum referretur,
de quo ipse consulto Deo statueret. Nec du-
biū est, quin optimus hic status reipub. fue-
rit, quandoquidem in diligendis magistratibus
non census aut nobilitatis, sed tantum virtutis
ratio habebatur. Neque omnia ista permitte-
bantur arbitrio magistratus, vt populus ab omni
deliberatione prorsus excluderetur. quoties
enim de re aliqua magni momenti, quæque ad
omnes pertineret, agendum esset, ipse quo-
que populus aducabatur. Vnde nec reges
creari, nec bellum indici, aut gerilicuit, iniur-
su populi. & in lib. Iud. legitimus, cùm in tribum